



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 2. Heli à Deo severè punitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

Creatoris nostri bonitate & Providentia, ut animam inspirem vitamque conferam per exempla, quam mortuis hucusque præceptorum coloribus adumbravi picturam. Porro ex innumerabili personarum numero quas in hanc rem possem adducere, tres duntaxat selegi, quorum res gestæ docente Spiritu sancto sunt scriptis mandatæ, ut nemo de eorum, quæ in medium proferam, possit veritate dubitare.

§. II.

Heli severè punitus.

PRIMUM illustrium personarum exemplū sit Heli summus Sacerdos, qui ut habetur *lib. 1. Reg.* divinitus electus successit Patri suo in Pontificatu ut hanc supremam dignitatem transmitteret ad posteros familiae suæ usque *in sempiternum*, nisi consilia Dei interrumpisset insigni inobedientiæ actu. Erat hic ut verbo dicam, pater sicut ceteri, id est pater in filios suos indulgentior, dissimulans delicta eorum, ad castigandum remissior, ad placandum illis propensior, tantaque hac in re dignus reprehensione ut audire mereretur à Deo hanc gravissimam exprobrationem: *magis honorasti filios tuos quam me. serve ingratis sic- cins decuit te illorum sceleratissimæ vitæ*

A 5

po.

potius curam gerere quam sacrificiorum
 meorum? sciebas nequitias illorum & ru-
 pessimas audiebas ab omni populo, nec objur-
 gasti quidem eos acerbius (cap. 2.) postquam
 te tot tantisque cumulavi bonis, sicine ma-
 oportebat contemni abs te? plus apud te caro
 & sanguis valuit, quam gloria nominis mei
 & divini cultus Sacrificij? prætulisti amorem
 filiorum tuorum præceptis meis. Itaque Deus
 qui nihil patitur honori sibi debito detrahi,
 videns hunc hominem cum sui cultus sum-
 mâ injuriâ, timore displicendi filiis suis non
 revocare illos à quotidianis sceleribus & lu-
 xuriosa vitâ quibus toti populo erant scin-
 dalo, nec continere illos, ut par erat in officio
 per acriores increpationes aut severiores ca-
 stigationes, quas non oportebat omittere,
 cum verba non prodesse, hanc inquam præ-
 postero in filios suos affectu excæcati patris
 indulgentiam jam diu videns Deus, non
 ferendam diutius censuit. Itaque primum illi
 minatus est per Prophetam his verbis: *Hæc
 ait Dominus Deus Israel cap. 2. v. 30. loquens
 locutus sum, ut domus tua & domus patris tui
 ministraret in conspectu meo usque in sempiternum.
 Nunc autem dicit Dominus, ai sit hoc à
 me: sed quicumque glorificaverit me, glorifica-
 bo eum: qui autem contemnunt me, erunt igno-
 biles*

I. 4.

biles. Ecce dies veniunt, & praeidam brachium tuum; & brachium domus patris tui. (id est potentiam & nobilitatem stirpis tuæ qua Heli tunc florebat in populo) *ut non sit senex in domo tua. Et videbis amulum tuum in templo in universis prosperis Israel: pars magna domus tua morietur cum ad virilem aetatem venerit; Filii tui Ophni & Phinees in die uno morientur ambo.* Idem deinde significavit illi per ministrum ejus Samuelem illum ipsum ad quem postmodum translata est Pontificia dignitas.

§. III.

Heli perfectè resignatus.

Quid hic putas aut dixisse aut fecisse Heli audito tam tristi atque inopinato nuntio? Numquid tibi desperasse videtur ut Esau cum hic audiret benedictionem suam sibi à fratre ereptam? Numquid exclamavit contra coelum & terram? Numquid male dixit domui suæ atque familiæ? Numquid furiosè instar violentas sibi manus intulit? Numquid diris se omnibus & furiis devovit? Numquid omnes ex orco diabolos evocavit, sicut permulti faciunt in re minoris momenti? Nihil omnino horum aut dixit, aut egit. Quid igitur? numquid saltem invasit Prophetam, a quo